




Nazionale
Firenze




10
Biblio
Centr










IGI 2759
[Milano Filippo Mantegazza,
dopo il 12. IV. 1495].

Edizione romana 1495 del Planach
Audiff Cat. 332.1

NO SI
SBAGLIA



Sermo habitus Romae i ecclesia sancti Petri in die Palmarum Anno Dñi. M.cccc.lxxxxv. coram sanctissimo in christo patre et dño nostro dño Alexandro diuina prouidẽtia papa sexto In publicatione confederationis initae inter ipsum: ac Romanorum. et Hispaniae Reges. Venetorũq; ac Mediolanẽ. duces: per Reuerẽ. dñm Leonellum de Chieregatis decretorum doctorem epũm Concordiẽ ac sanctitatis suae Referẽdariuz domesticum.



Data est mihi omnis potestas in celo et in terra. Transiturus ex hoc mundo ad patrez saluator noster discipulos cõmonefaciens euangelica voce proclamat pontifex Alexander maxime. Quã potestatez: ne gregem suum suo praeciosissimo sanguine redemptuz absq; pastoris regimine destitutum: relinqueret. In beatuz Petrum apostolorum principem: per eũq; in successores eius Romanos pontifices transferẽs inquit: pasce oues meas. duplicez pascendi modum vnico verbo complexus. Nam sicut ante passionem ad ipsum dixerat Petrus: Ecce duo gladij hic: spiritalis scilicet et temporalis penes ecclesiaz. Ipseq; non nimis: sed satis esse responderat. Ita Christus post resurrectionem ascensurus in celum duos pascendi siue regendi dominicas oues modos spiritalem videlicet et temporalem ipsi Petro ac successoribus eius vicarijs suis demandasse nõ ambigitur. Verum quia tanto praestantiora sunt spiritalia tẽporalibus: quanto praeciosior est anima q̃ corpus. Ideo spiritalibus et animaruz saluti feruentius incũbens huius prime atq; sanctissime sedis antistes



temporalis gladij quem nihilominus in vaginam querfuz sibi re
tinuit: executionē imperatoribus ꝛ principibus seculi delega
uit. At cū spiritalia sine temporalibus ꝛ ecōtra diu nequeant ꝑ
durare: debēt hi duo gladij quādocunq3 opus fuerit se mutuo
coadiuuare. Is quidem ab ecclesia exerendus: Ille vero pro
ecclesia ad summi pontificis nutum manu principum ac militum
robore exercendus: vt prauis hominibus vindicatis collauda
tisq3 probis: totum corpus ecclesie orthodoxa in fide: ꝛ trāquil
la pace que precipua est Romanorum pontificum cura diligen
tissime custodiatur ꝛ conseruetur. Translata est in te diuinitus
celestis hec: ꝛ terrena potestas pater beatissime quam primum
sicut fuisti ob preclaras animi ꝛ corporis dotes: decantatasq3
non multo ante ab eloquentissimis oratoribus inclytas laudes
concordi: canonicaq3 huius amplissima ordinis electione vna
nimiq3 totius christiani orbis consensu ad hoc sacrum apostoli
cum solium es sublimatus. Ab eo itaq3 tempore semper nil tibi
pro tua singulari pietate antiquitus duxisti: nil tibi magis cor
di fore apertissimis documentis declarasti quam religionem
christianam: sacrosanctāq3 Romanam ecclesiam contra trucu
lentissimos eius hostes non solum tutari: verum etiam propa
gare ꝛ amplificare. Quod vt commodius tibi succederet ad
christiani orbis: ꝛ Italie presertim pacem ineundam confir
mandāq3 in primis animum adiecisti. Exhortatus es efficacissi
mis ratiōibus dissidentes inter se christiani nominis principes
vt positis armis: compositisq3 controuersijs: ꝛ vnitis viribus
idem tecum velut mēbra cum capite aduersus Mahumetanos
comes hostes cogitarent atq3 sentirent. secutus es pater cle
mentissime veterem illam sacri cōtionatoris probatāq3 senten
tiam. Si quispiam preualuerit contra vnum: duo resistunt ei.
Funiculus triplex difficile rumpitur. Audiuerunt te sapientissi
me cōmonentē: ꝛ pro fide catholica: christianaq3 pace sanctaz
ipsoꝝ conspirationem requirentem Maximilianus Cesar augu
stus: Ferdinādus ꝛ Elisabeth vtriusq3 Hispanie reges: Vene
toꝝ: Mediolanensiumq3 duces potentissimi terra mariq3 prin
cipes. Et vt obsequentissimi filij tibi cunctoꝛuz principū patri

atq3 magistro strictiori quodã peculiariq3 vinculo deuincti san ctissima in federa coiere. Aggressus es rem quidem grandem: sed minime nouam beatissime pontifex: & viam non insolitam: sed apostolorum ac sanctorum patrum: Summorũq3 pontificũ predecessorũ tuorum frequentissimis calcatam vestigijs ambula sti. Memini me hoc sacratissimo in loco cum beate recordatio nis Innocentius octauus initã cu3 excellentissimo Venetorũ senatu confederationẽ mihi promulgandam demandasset: mul tis pro mediocritate mea rationibus: auctoritatibus nõ paucis innumeris deniq3 exemplis prolixa oratione cõprobasse Roma nis pontificibus pro sua; & huius sanctae sedis tranquillitate: tutioneq3: ac religionis nostrae securitate. Et augumento per ticularia cũ christianis principibus federa licita: consueta de coraq3 semper extitisse. Quae si nunc pergerem recensere: nil aliud esset quã notissima huius sanctissimis cetus eruditissimis auribus non sine fastidio inculcare. Quis est enim tam iniquus rerum estimator: qui non videat hac vnanimi tantorum princi pum coniunctione nil ecclesiae sanctae dei hac potissimum tem pestate salubrius venire potuisse. Neminẽq3 magis eam conci liare debuisse quam summum omnium patrem: atq3 pastorem: cui dominus populum suum pascendum protegendũq3 cõmisit. Cui si contra impugnantes ecclesiam equa potentia non adsit: imperatores & principes seculi ex sacris tam quinti Carthagi neñ Concilij quam Joannis octaui summi Pontificis sanctio nibus opem ferre tenentur. Quare cum mihi succurrit horum serenissimorum principum tecum pater Beatissime percussum fedus: succurrit & illa israelitica historia. Venerunt omnes ma iores natu israel ad regem in Hebron & iniit Dauid cum eis fe dus coram domino. Sentio nãq3 conuenientius te hos princi pes christiani populi praesides quam maiores natu israeliticae plebis regẽ Dauid sacro illo elogio alloqui posse. Tibi dixit dominus deus tuus tu pasces populum meũ israel: & tu eris princeps super eum. Percussum est preterea coram dño fedus hoc: cum ad iniuriam nemini inferendam: cu3 ad res proprias conseruandas: ad rem publicam christianam defendendam:

exaltandamq3 fuerit sancitum. Alterius considera queso si ma iores vnq̃: si potentiores: si religiosiores: si demum sapientio res Principes coram domino vna cum christo eius in vnum cõuenere. Maximilianus Cesar magno fortiq3 animo prĩceps: singulariq3 virtute preditus: belli: pacisq3 artibus insignis paterno: vxorioq3 potentatui immensis Romani imperij viri bus adiunctis nil aliud optare videtur quã de beatitudine tua: de hac sancta sede: de re pub. christiana bene mereri. Nulla est enim christianorum principum tibi coniunctior dignitas q̃ imperatoria: nulla natio magis obnoxia q̃ Germanica: que ab hoc sanctissimo throno tantum cleritatis accepit. Translatu3 est a Leone eius nominis tertio summo Pontifice a Grecis in Germanos imperium. Gregorius. v. Romanus presul imperato ris electores Germanos instituit. Electus impator: a Romão pontifice approbatur prestitoq3 ipsi fidelitatis iuramento: ab eodem inungitur: consecratur: et coronatur. Uos ambo estis duo illa magna luminaria: que eternus ille rerum omnium opi fex in firmamento celi fabricauit sol videlicet et luna. In vni uersali siquidem ecclesia due ꝯstitute sunt dignitates: quibus principaliter hic mundus administratur: prout ad Anastasium imperatorem scribit Gelasius Romanus antistes. Auctoritas sacra põtificum: et imperatorꝫ excelsia potestas. Uerum sicut lu na illustratur a sole: vt Mathematici volũt: ita impatoria cel situdo summi pontificatus splendore irradiatur. Tua itaq3 vt te quãuis absentem appellem plurimum interest Maximiliane Cesar: ne hec sancta sedes peruersorum hominum cupiditate: ambitioneq3 deprimatur: Ne illa humiliata tu quoq3 periclite ris. et ne: quod absit: vna cũ Joele propheta dici contingat: Sol et luna obtenebrati sunt. Quod probe considerans diuus genitor tuus Fridericus religiosissimus Impator. et Basilieñ Conciliabulum: quod aduersus sanctam Romanam ecclesiam calcaneum erexerat: et altare ꝯtra altare extruere non expaue rat zelantissimo feruore disiecit: et pestiferũ neutralitatis virus: quod totam fere Germaniã infecerat penitus extinxit. Hunc tu Cesar imitatus matrẽ tuam pientissimam sacrosanctam apo


stolicam sedem procellosis fluctibus agitatam velut precipuus eius filius atq3 defensor hoc nouo federe maiorem in modu3 recreasti: q̄ bene duo hec maiora luminaria orbi terre coniūctim hodie cōcluxerunt vt ecclesia pulchra vt luna: electa vt sol: terribilis vt castroru3 acies ordinata redderetur. Succedunt illustrissimi Hispaniarum Reges pater beatissime de quorum diuinis prope laudibus si perpetua oratione dicere instituerē dies profecto me deficeret: cum magnitudine sua longam potius historiam q̄ breuē oratiunculam efflagitare videantur. Quis est enim tanta eloquentia: tanta eruditiōe preditus: qui tā angusto dicendi spacio eo₃ res magnifice ac prospere gestas non dicam exornare sed cūctas enumerare queat pacatum proprium mira felicitate regnum: pulsi ex Betica Agareni: magno christianū nomen obprobrio liberatū: opulentissimū christo regnū dedicatum euulse hereses: eiecta iudaica cecitas: plantata catholica fides: collapsa deo famulantium restituta religio. Cunctoꝝ subditoꝝ mores in melius emēdati longissimos sane panegyricos exoptant. Quis vero horū principum non minus militie q̄ domi seruatā religionē: pietatem: iusticiam: tempantiā: liberalitatē: Quis eoꝝ prudētiam: fortitudinem: ꝯstantiam dignis effert preconijs? Quis eoꝝ immensam potentiam explicabit? His ego vt paterno tuo in eos affectui morem gererem libētissime immorarer: ni me vocarēt alij: ⁊ scirem me nihil noui esse dicturum: cū sepenumero in hoc amplissimo consessu immortales eoꝝ laudes summo omnium applausu fuerint celebrate. Unum tamē non silebo cum propriū sit ⁊ peculiare Hispaniaꝝ regibus aduersus christiani nominis hostes decertare: multa tibi gloriosa pro christiana re pub. de ipsis libere potes pollicere. Nō opus est de ineffabili excellentissimi Senatus Veneti in hanc sanctam sedem deuotione plura disserere: cū vniuerso orbi ꝑspectissima sit. Quis ignorat innatū esse Veneris sūmos pōtifices colere: ipsos iuuare: ipsis federe iungi? Lōgu3 nimis esset Romanos presules recensere: quos Veneti maximis auxilijs difficilimis sane temporibus sunt prosecuti: in vniuerso mundo predicatur. Ipsiq3 parietes eloquuntur restitutum a

Venetis in Romanam sedem tertium nominis tui pontificem
Alexandrum : a quo sunt innumeris magnificentissimisqȝ priui
legijs decorati . Predicantur vbiqȝ terrarũ Venetorum opes :
grauitas : modestia : prudentia : constantia : magnanimitas : iu
sticia : fides atqȝ religio : Pro qua conseruanda soli aduersus
impijssimos Turcos cuȝ sepe antea tum etate nostra diuturna :
grauissimaqȝ bella gessere . Quáuis autem hanc sacram Roma
nam sedem cunctorum Christifidelium matrem atqȝ magistram
Veneti semper : vt duximus : própensa quadam veneratione
coluerint . Nunquam tamen visi sunt tanto studio : tantoqȝ ar
dore : quanto nunc ipsius materna vbera appetere : non alia :
vt reor : de causa nisi quia hoc precelsum Alexandri nomen in
oculis habere videntur : quo siue pontifices siue imperatores
insigniri : Clarissimi semper principes extitere . Supersunt
preclara inclyti Mediolanensium Ducis cõmemoranda preco
nia : Sed longiorem profecto ipsorum splendidissima series ex
postulat orationem . Nemo est tamen qui nesciat maiores eius
siue Priscos illos Vicecomites siue auum Sfortiam seu Fran
ciscum patrem duo fulmina belli maximo huic sanctae sedi sepe
numero vsui adiumentoqȝ fuisse . Si praesertim vt caeteros
praeteream Martini quinti : Eugenij quarti : ⁊ Calixti tertij
auunculi tui nunq̃ȝ sine honorifica doctrine sanctimonieqȝ pre
fatione nominandi summorum pontificum tempora inspicere
voluerimus : Quibus ⁊ brachius Montonius : ⁊ Nicolaus :
fortebrachius : cõpluresqȝ alii latrũculi ecclesiasticam ditioneȝ
vexantes vsurpantesqȝ deleti sunt . Et demum Jacobus Pice
ninus quietis Jtaliae perturbator ex Senensium : ⁊ patrimonii
beati Petri finibus profugatus . Hos aemulatus Ludouicus
mirifico sanctitatem tuam colit affectu . Adsunt huic principi
vires ingentes : incredibilis prudentia : rerum humanarum pe
ritia singularis . Magnificiendus est certe vbiqȝ locorum . Sed
in Jtalia maximam sua virtute sibi peperit auctoritatem . Le
ua igit̃ vt te Esaie verbis alloquar pr̃ Beatissime . Leua inquã
oculos tuos ⁊ vide : omnes isti congregati sunt : venerunt tibi .
Principes orbis terre primarii incõparabili pietate : se : suosqȝ :

⁊ cuncta que possident: pro sacrosancta Romana ecclesia: pro repu. christiana tuenda: amplificandaqꝫ tibi obtulerunt ⁊ dedicarunt. Tu vero tanta mansuetudine ⁊ charitate ipsos suscepisti: vt hoc mutuo inter vos officiorum certamine reddar ambiguus An illorum erga te obseruantia potius: an tua erga illos benignitas eximia reliquos orbis reges ad hoc sanctissimum fedus recipiendum sit prouocatura. Sed cortina proculdubio cortinam trahi. Non patienter se tanta gloria priuari: Francorum presertim rex Carolus christianissimus: qui ⁊ longe antea ⁊ nunc magis quo vicinior est: hanc sanctam necessariāqꝫ in Turcos expeditionem tota mente affectare videtur. Quem vt multo vehementius ad haec animares: tu quoqꝫ senectutē tuam tam gloriosis pro christi nomine suscipiendis laboribus obtulisti. Pugnabunt alii contra salutifere Crucis inimicos: tu vero pater clementissime senectus Moysen: quem nobis auctoritate refers. Eleuatis manibus cum sacerdotibus tuis deum patrem omnipotentem orabis: fietqꝫ ita populo christiano te orante victoria: sicut leuante manus Moyse vicit israel Amalechitas. Quod ita futurum euidentissimum datum est nobis signum a domino. Neqꝫ enim: vt arbitror: temere voluit ꝙ hodierna Palmarum celebritate hoc sanctissimū fedus redderetur illustrius: nisi quia certam nobis ex eo victoriam pollicetur. Si enim cesos hodierne festiuitatis ex arboribꝰ ramos in Mattheo legerimus euangelista: gaudium illico nobis ex illa viriditate representatur. Si vero Palmarū ramos acceptos audiuerimus ex Joanne mortis eius qua mortem nostrā superauit: victoria nobis Augustino teste significatur: qua iuxta diuinum apostolum Saluator noster expolians principatus: ⁊ potestates traduxit confidenter palā triūphans illos in semet ipso: quē triūphum ex visibilibus religionis nostre hostibus in hoc seculo: ⁊ ex inuisibilibus in futuro cunctis christifidelibus prestare dignetur: qui est benedictus in secula seculorum. Amen.

FINIS

ALEXANDER Epūs seruus seruorum dei. Uniuersis christi fidelibus presentes litteras inspecturis Salutem et aplicam bn̄. Quoniam pro comuni christianorum beneficio curaqz ac totius Italiae quiete: quam in pacis amenitate confirmati peroptamus auctore domino ligam et confederationez inter nos et carissimos in xp̄o filios nostros Maximilianum Romanorum: ac Ferdinandum et Elisabet hispaniarum Reges et reginam Illustres ac dilectos filios: nobiles viros Augustinum Barbadico: ac inclytum dominiuz Venetiarum et Lodouicum Mediolani duces initam et conclusaz in proxima futura dominica celebritatis Palmarum publicari ordinauimus vt ipsa dies maiori etiam celebritate decoretur vt Senatum ac populum ipsum Venetuz quem paterna charitate complectimur spirituali ꝯsolationē et celestibus donis afficiam⁹ de omnipotentis Dei misericordia ac beatorum apostolorum eius Petri et Pauli autem confisi omnibus et singulis christi fidelibus qui misse in publicatione huiusmodi lige et confederationis facte per aliquem catholicuz antistitem in ecclesiam sancti Marci Venetiarum solēniter celebrande et benedictione ꝑ eundem largiende interrerint et ecclesiam ipsam per dictam diē deuote visitauerint plenariam indulgentiam peccatorum omnium in forma ecclesie cōsueta tenore presentiuz cōcedimus pariter et largimur presentibus post dictam diem minime valituris: Datum Rome apud sanctum Petrum Anno incarnationis dominice. M.cccc.lxxxxv. viij. Idus Aprilis Anno tertio.


408

